sum sit contine molestum et non quietem nequaquam vero quod mo-
lat sive bonum sit sive malum discernere et eligere nisi vege-
tis prudencias aliter curet disponere. Dicam ergo premissa pro multa-
tore non sufficiunt attendat quod eciam ipsi fratres carthusienses qui plus
ceteris religiosis quieti contemplacionis et spiritualibus exerciciis deputati
videntur habent tamen ut melior certas horas quibus corporali-
bus intendunt operibus secrete et sine strepitu in suis
cellis sive hoc scribendo libros ligando corruptos emen-
dando ortulos suos colendo et certa horarum porcionem pro lo-
co et tempore congrue faciendo. Quippe considerantes quod spiritualibus
semper intendere non sinit humana fragilitas religiose eciam
corporalia querunt ut vitent periculosa ociositatis. Testatur
divina scriptura quod non solum periculosum sed eciam dampnosum sit
ocium sodomitis qui pessimi peccatores noscuntur et ceteras
causas que eos ad tantum perduxerunt malum commemorat
periculum iuvenum si ocient.
Ni fallar ipsum ocium. Concedo ergo premissa ac quod licet quasi
omnibus sit periculosum simpliciter velle intendere contemplacioni
quieti et non labori quamque intendere manuali specialiter tamen iu-
venibus periculosum sit iuvenibus personis et si non omnibus tamen multis
maxime propter naturalis caloris incipientis abundanciam concessum
sium dominium ac eciam propter corporis indispositiones et inexperien-
cia que divinitate temporis removentur. Immo eciam propter passiones
tibi que satis consonata esse consueverunt iuvenibus. Unde ad magis
possent pervenire iuvenes ... periculum si non quamque et sepius
comparantur iuvenes bone indolis
corporalibus occuparent operibus. Nulli tamen dubium quin contigit
iuvenes quamque simul semibus contemplacioni magis in veri
ri ydoneos quamquam de quibus iam id negandum videatur.
Inveniuntur namque iuvenes corporali disposicione vel cerebro regimine
vel eciam singularis dono divine gracie quietissimi et ad ocium
quasi in nullo inclinati sed totaliter pene devocioni dediti. In-
veniuntur eciam in vetustati dierum malorum in quibus quasi nulla
est mentis stabilitas nec cordis devocio sed ex mala con-
suetudine passionibus abundabit viciorum et pene in nullo
mortificati nichil aliud quam que carnis sunt sapiunt.
Quis ergo dubitet quin illi iuvenes ad vacandum deo
plus sunt apti quam isti senes. Et ne quis minimum
attendat quod scriptura teste sunt pueri centum annorum et sunt ado-
lescentes non contempnendi qui postea perfectam vitam moribus
virtuosis tenuerunt. Hec et remedia data contra malas
cogitaciones dum causa fuerint ex ocio valent eciam si cau-
sata fuerint ex modo et mortis iuvato timore offendendi
deum. Occupacionis namque diversis exteriores facilius oblivisci-
tur ... quam vacans continuo ocio. Remedium michi